21/5

1442 d. 25 Maji     Ex Arch. Caeli Montis

499.

134

Nos Nicolaus Heres de Suerow Subcamerarius Terre Sandog
gnalis. Notum facimus Universis quibus expedit presentium
per tenorem tam presentibus quam futuris Quomodo Vnblis
Dni Mathias Abbas Monasterij Sanctae Crucis Caeli Montis
cum suo Conventu ex uno et Nobilis Joannes de Bostow par
te ex altera de unanimi ipsorum voluntate et consensu fecerunt
et ordinaverunt signa Granitierum inter Hereditates ipsorum
videlicet Mirocieze et Bjelow dicti Dni Abbatis, et inter
partem Hereditatis quam habet Dnus Joannes de Bostow
ibidem longe et in magna distantia a limitibus quos
habet Nobilis Dnus Niemjerza de Bostow cum fratribus
suis et suo pariete Villis praefati Dni Abbatis, dictas Grani
ties non tangendo, sicque eadem insignia fecerunt incipien
do a granitie alias od Narozmice seu ad Wojszdnice per
signa signa signata alias Pasmubem procedendo ad Syrvo
videlicet do Langu et iterum per eundem Syrvam alias
przez Long usque ad fluvium Dambnice. Nos quoque ex dicta
rum partium voluntate et consensu limites fecimus cum
monticulis alias snieruzami juxta insignia prius facta
per eosdem, Ad habendum perpetuum robur et firmitatem
juxta modum terrestrem. Inquorum testimonium sigil
lum nostrum presentibus est subappensum Datum et actum
Barschowice feria secunda ante festum Sancti Urbani
Anno Dni Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo
secundo Presentibus ibidem honorabili Nobilibusque Joan
ne, Pettro de Utraque Stups, Brandotha de Ostrow, Petro de
Scuty, Mareissio et Andrea de Sosnowka et Mareissio
de Ostrow et alijs fide dignis.